



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 25. Exordium Veneti belli contra Turcas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

perii Ordines Cæsareum, ut vocant, Sæc. XVIII.
 Commissionis decretum transmisit, vi cu- A. C. 1715.
 jus S. R. J. Electoribus & Principibus in-
 sinuatum, ut totis viribus obsistant, ne
 tam in Religionis quam justitiæ caussis
 præcipue a Protestantibus non sine su-
 premi Judicis præjudicio, suæque au-
 thoritatis imminutione nimis frequen-
 ter a supremis Imperii tribunalibus ad
 comitia Ratisbonensia recurratur, &
 non raro contra clarum jus a quibus-
 dam Legatis leges præscribantur: In-
 super iidem Electores ac Principes a
 Cæsare rogabantur, quatenus curare
 velint, ne Ecclesiastici, & Prædicantes
 ex suggestu in Templis, & Professores
 in Scholis vel alii alibi convitia evo-
 mant, perniciosos libros componant,
 evulgent, vendant &c. transgressores vero
 pœnis per Cæsarea edicta statutis coer-
 ceantur, & Cæsarei Fiscales in sui of-
 ficii executione non præpediantur &c.

§. XXV.

*Exordium Veneti belli contra
 Turcas.*

Jam dudum Turcæ tot regiones & ur- Hist. du
 bes per Carlovitziensem pacem an- Princ. Eu-
 no prioris sæculi nonagesimo nono ini- gen. t. 5.
 tam sibi fuisse ereptas, permoleste fe- pag. 2.
 rebant: eas recuperandi spes, & Mo- Kettel. de-
 ream cad. VI.
ream pag. 769.

Sæc. XVIII ream Insulam Venetis eripiendi oppo-
 A. C. 1715. tunitas Sultanum ad novos belli con-
 tus incitabat: immensum armorum ap-
 paratum terra marique instruunt Turca
 nec obscuris sermonibus extremum Ve-
 netæ Reipublicæ excidium minitantur
 Hoc apparatu excitatus Fleischman-
 nus Cæsaris Orator Ali Bassam Vezir-
 rium ab hac expeditione, utpote ne-
 peræ pacis articulis omnino contrari-
 dehortatus est, exponens, Venetos
 Cæsari fœdere junctos esse, proinde
 minime his subsidio defuturum. U-
 ergo Sultanus Cæsarem pacis firmæ
 ducia sopiret, atque imparatum eo
 cilius, si occasio ferret, aggredi posse
 omnem violandæ pacis suspicionem a-
 amoliri, solito simulationis artificio
 tebatur: Eo fine Ibrahimum Agam Le-
 gatum Viennam ad Eugenium Prince-
 pem ablegabat, ut Cæsaris consilia
 clam exploraret, palam vero Cæsarem
 persuaderet, hunc belli apparatus
 duntaxat in Venetos, qui plurimas
 Turcarum naves deprædati essent, ex-
 fundendum esse, Sultanum vero con-
 stantem amicitiam cum Cæsare, & im-
 motam pacis fidem polliceri: Hic ergo
 Legatus exeunte Mense Februario Con-
 stantinopoli profectus, ad initium Men-
 sis Maij Viennam venit, ubi die deci-
 ma tertia ejusdem Mensis ad Euge-
 nium

Sæc. XVIII.
A. C. 1715.

nium Principem deductus, Sultani literas eidem tradidit, nilque eorum prætermisit, quibus Cæsarem a subsidio Venetis impendendo averteret: cum vero Eugenius Legato proponeret, quod Cæsar, ne Carloviciensis pacis leges violarentur, mediatoris partes Sultanum inter & Rempublicam interponere paratus esset, reposuit Turca, de hujus mediationis negotio agere, sibi haud esse demandatum: interim vero ex interceptis literis innotuit, quod hic Orator clandestina sopheret consilia, Suecorum & Hungarorum statum funditus exspiscaretur, huncque in finem jamjam triginta Turcarum millia trajecto Tibisco flumine unacum Temesvarientis Bassæ copiis Bosniam invadere destinata essent, cautius deinceps hic Legatus observabatur, ac demum consuetis donatus muneribus, Constantinopolin remissus est. Cum ergo Imperator bellum declinari haud posse, probe prospiceret, finitima Hungariæ propugnacula validius muniri jussit, & per Fleischmanum a Sultano petiit, an Moream, ceteraque loca hoc anno Venetis perfide ablata restituere velit: eo autem atrocius interrogante, cur Cæsar Hungariæ Urbes tam copioso milite, tantoque belli apparatu instrueret, Fleischmanus respondit, id se

Hist. Eccles. Tom. LXIX. I igno-

Sæc. XVIII. ignorare, scire autem perbene, quam
A. C. 1715. turpi & cruenta fuga Sultanus ante
 aliquot annos Vienna in Turciam con-
 tenderit, se vero hoc Sultani respon-
 sum, tanquam proximi belli classicum
 Viennam relaturum. His Imperatori
 significatis, omnia ad maturam vali-
 damque expeditionem parantur, fir-
 matur etiam die decima quinta No-
 vembris pax cum Hollandis, cujus
 præcipuus articulus circa religionem
 his conceptus erat verbis: In Belgio
 Austriaco omnia quoad religionem in
 eodem permaneant statu, quo erant
 regnante Carolo II. Batavi quoque mi-
 lites in illis urbibus, ubi præsidia a-
 gunt, suam quoque sectam in Ecclesiis
 sibi a Magistratu assignatis exerceant,
 sed sine cantu, & campanarum sonitu.
 Interim classis Turcica cum sexaginta
 armatorum millibus Tinos & Ceringum
 Insulas occupat, & centies mille Bar-
 bari, die vigesima prima Junii per Isth-
 mum Corinthiacum penetrantes arcem
 in monte sitam tertio, incassum tamen
 impetu invasam, tandem vi crudeli
 superant, captis & in frustra dissectis
 Minato & Bembo Præfectis, ac deni-
 que fortiter quidem resistentibus Vene-
 tis & Pisano Proveditore, Moream ta-
 men nullo ferme negotio invadunt, a
 græcis ibidem Sacerdotibus Veneti
 impe-

imperii impatientibus provocati: Unde ^{Sæc. XVIII.}
 Bassa cum suis Naupliam decimo ob- ^{A. C. 1715.}
 fidionis die immani crudelitate expu-
 gnavit, ac intra quadraginta quinque
 dierum spatium omnes Urbes & oppi-
 da imo totam Peloponesum suis sub-
 jecit armis, abductis Smirnam in mi-
 seram captivitate plusquam quadra-
 ginta Christianorum millibus. Rapidæ
 hujus felicitatis cursum sinit Morlaco-
 rum fortitudo, qui iteratis excursioni-
 bus haud exigua damna Turcis intu-
 lere, eosque ab arce Zing, quam ob-
 sederant, ductore generoso Georgio
 Balbo repulsos, magna clade die
 decima quinta Augusti in fugam con-
 jecere, cæsis hostium quindecim mil-
 libus, captisque omnibus impedimen-
 tis, bellique tormentis: Ad hanc vi-
 ctoriam haud parum contulere aliquot
 Religiosorum centuriæ, quæ sub im-
 perio Spalatrensis Archiepiscopi & Ma-
 scassani Episcopi se Venetis militibus
 animose conjunxerant: ob gravem ta-
 men hanc jacturam Ali Bassa jussu Sul-
 tani strangulatus est, plures vero Chri-
 stiani, qui Zaram Dalmatiæ Urbem Tur-
 cis prodere moliebantur, intercepti la-
 queo perfidiæ suæ pœnas dederunt.
 Turcica vero classis, cum Veneta re-
 sistendo impar esset, duo Cretensis Insulæ
 oppida Sudam & Spinam longam oc-
 cupa-

Sæc. XVIII. cupavit. In tantis rerum angustiis Ve
 A. C. 1715. neti Morosinum & Grimanium Legato
 Viennam decrevere, quibus etiam Cæsar validas armorum suppetias pollicebatur; Pontifex quoque non modo Franciæ & Hispaniæ Reges, sed cunctos Christianos Principes & Genuensem Rempublicam ad ferenda subsidia incitavit & Magno Melitensium Magistro injunxit, ut majora bellica navigia sua contra Turcas Tenos Insulam obsidente mox in opem Venetæ classis submitteret. Insuper die vigesima quinta Aprilis de his literis Carolo Imperatori sua studio exhibuit pro pace inter ipsum & Hispaniæ Regem stabilienda, ut Cæsar omnibus aliis solutus curis ad Turcum bellum strenue gerendum, etiam magis incumbere valeat, ac denique Maximilianum Emanuelem Bavarum Electorem, Moguntinum &c. & Salisburgensem Archiepiscopos, necnon Constantinum Abbatem Fuldensem rogavit, ut quicquid ad necessariam hanc Christianæ Reipublicæ causam conferre poterint, desiderari non patentur, simul etiam Principem Eugenium ad retundendam Turcarum audaciam strenue excitavit. Postremo Respublica Delphino ob socordiam exaucto rato, Franciscum Grimanium subrogavit, & Saxonico Comiti de Schulerburg

burg totius exercitus imperium, atque Sæc. XVIII.
 expeditionis futuræ curam detulit. A. C. 1715.

§. XXVI.

Alii sex Cardinales a Papa electi.

Quosdam Præsules suminus Ponti- Guarnac.
 fex jam die vigesima nona Maij t. 2. p. 291.
in pectore ut ajunt, reservatos habuit,
 quos tamen primum die decima sexta
 Decembris evulgavit, aliosque sex re-
 cens ad Purpuram promovit. Hos inter
 primus erat Bernardinus Scottus, Rotæ
 Auditor & Romanæ Urbis Gubernator,
 Cardinalis Presbyter tit. S. Petri in
 Monte Aureo. II. Carolus de Marinis
 Genuensis, Cameræ Pontificiæ Præfe-
 ctus, Cardinalis Diaconus tit. S. Ma-
 riæ in Aquiro: hunc, inquiebat Ponti-
 fex, *in ipso Pontificatus nostri Primordio*
jam a decennio & ultra sub duobus Præ-
decessoribus nostris Cameræ nostræ Aposto-
licæ generalem Auditorem, adeoque tam
ante, quam post suppressionem venalitatis ejus-
modi officii illo fungentem invenimus, inde
vero post alios ferme novem annos ab eo in
eodem munere transactos ad Pontificii no-
stri Cubiculi Præfecturam, quam sex &
ultra annis exercuit, transtulimus. III. Ni-
 colaus Carracciolus Archiepiscopus Ca-
 puanus, Presbyter Cardinalis tit. S. Mar-
 tini in Montibus. IV. Joannes Patri-
 cius